sto iesu/ ✠ dño nostro. Amē. Et in=
terroget de noīe. N. et dicat. Vis bapti=
zari? Circūstātes respōdeant. Volo. Hic
ablue/seu merge primo. dicēs. Ego ba=
ptizo te in nomine patris. merge secū=
do. Et filij. merge tercio. Et spiritussā=
cti. Postea faciat crucē cum crismate in
sūmitate capitis siue vertice eiꝰ/dicens.
Deus pater dñi nri iesu christi/qui
te regeneravit ex aqua et spūsancto:
quiqz dedit tibi remissionē oīm pec=
catoꝝ. Ipse te liniat ✠ crismate sa=
lutis/in eodē chro iesu dño nrō. Amē

Post hec sacerdos iponat ei mitrā dicēs.

Accipe vestē cādidā/sanctā et imaculatā: quā ꝑferas ante tribunal dñi nrī iesu christi/vt habeas vitā eternā. Amē. Pax tecū. Post baptismū portat infās ad altare. et datur ei ablutio/ et dic.

Nomet dat kind. dicat Participatio dñi nrī iesu chr̄i/ ꝓficiat tibi in vitā eternā. Iterū noietur puer: et da ei cādelā ardētē sup pect⁹ et dic. Accipe lampadē ardentē/et inextiguibilē. Custodi baptismū tuū: vt cū dñs venerit ad nuptias/possis ei occurrē vna cū sanctis suis/i aula celesti: vt habeas vitā eternā. Am̄. Noiet puer. Pax tecum.

De forma qñ ꝓbabiliter dubitat. an sit baptizat⁹ Tūc fiet sub hac forma que sequit

Si baptizat⁹ es: nō te rebaptizo. Sz si nondū baptizat⁹ es: ego baptizo te in noie patris. ⁊ filij. ⁊ spūssācti. Am̄.

Ordo bap. in arti. necessit.

Ad baptizandū infirmū in articulo necessitatꝫ. Primo sacerdos accedēs ad infirmū infantē: insufflet in faciē infātis dicens Exi īmunde spūs. ⁊ da locū spūi sancto. ⁊c̄ vt s̄ Fo. v. la. ij Et faciat crucem. in frōte infirmi dicēdo. In noīe patris. et filij. et spūssancti. Deinde p̄termisso maiori ordīe/dicat tantū Oratiōez que est supra Fo. x. la. ij. Eternā ac iustissimā pietatē. ⁊c̄. Addēs orationē sequentē.

Medelā tuā/deprecor dn̄e sancte/pater op̄s/eterne deus quā distribuit hūanis infirmitatibꝫ christꝰ. Erige famulū lam tuū am egritudīs lāguore depressū am: ⁊ omnē sēsū eiꝰ/dignare tuis visitatioībꝫ refouere: q̄tinus adoptionē tuā possit cū gaudio sanitatis percipere. Expelle ab eo ea cuncta cōtrarie valitudīs tela: vt ad grām tuā gratāter occurrat. Rele-

ua quē quā redimere dignatus es: vt baptismi in illo la sit palma/nō mortis: et gloriosū semp baiulet (qd̄ accipit) signaculū crucis. Per eundē christū dn̄m nostrū. Amē. Deinde īponat sibi manū/et dicat. Pater noster Aue ma. Credo. vt īfra in fine libri. Fo. xcviij. Tādē cathecizet eū his verbis. Nec te lateat satana ꝛc̄. qui est exorcism⁹ s̄. Fo. xi: la. ij Et dicat deinde reliqua omīa/sicut supra habetur Fo. xij. casu quo temp⁹ infirmitatis patiatur. Alioquī statim baptizetur ꝓut in forma supra. Fo. xix. ¶ Itaqꝫ notandū est/ꝙ ea que pertinēt ad exorcizationē. non solēt pretermitti/vt seruetur vniformitas in baptizando/nisi euenerit articulus necessitatis vt dictū est in prīcipio. Et depost cessante periculo: debent suppleri/vt seruetur vniformitas predicta.

Ordo sup̄ ꝯtractu matrimonij.

ORdo matrimonij solenni sandi.
Notādum est hic primo/ q̄ sacerdos
neq̄q̄ cōtra ꝓhibitionē iuris et statuti sy-
nodalis xxiij. solēniset matrimonia tēpori
bus ꝓhibitis. Que tp̄a expedit semp̄ ppl̄o
denūciare vltīa dn̄ica ante temp⁹ ꝓhibiti-
onis/ vt sūt. Dn̄ica ante Aduentū dn̄i. Itē
Dn̄ica ante septuagesimā. Itē dn̄ica ante
Ascensionē dn̄i. Post quas tres dn̄icas se-
quūtur ꝓhibitioēs solēnitatꝫ matrimonij:
prout latius in dicto statuto/ propt̄ penas
separatioīs ⁊ alias in iure ⁊ statuto p̄dictꝫ
expressas. Et fiat etiā si ꝯmode potest pre
uia denūciatio nominū volentiū ꝯtrahere:
vt si legittimū īpedimētū ꝓpt̄ qd̄ ꝯtrahē
nō possint extiterit: sciētes reuelent. Expe
dit quoq̄/ vt volentes ꝯtrahere matrimo-
nium/ prius ꝯfiteātur pccā sua: vt penitēti
ali absolutione mūdati/ nō ponāt obicem
grē sacramēti: vt eo salubrius īcho are va
leāt nouū viuēdi statum. Et copulatio ma
trimonij debet fieri in facie eccl̄ie per sacer
dotē/ tp̄e vt dictum est non prohibito. Cū
modica recōmendatiōe mr̄imonij a quo/

vel per quē/et vbi institutū est/et q̄s sit ei⁹ effectus. Et cū explanatōe que sint impe/ dimēta/ videlz/ Cōsanguitas vsq; ad q̄rtū gradū inclusiue. Itē affinitas/ vsq; ad pre fatū gradū/ et primo in genere. Etiam de impediméto qđ oritur ex ꝑgnatōe spūali. de quo in Statuto. xxxvij. Et si nullus ad/ ducit impedimētum. Sacerdos interroget primo. nomē spōsi et deide sponse/ dicēdo materna lingua ad quélibet contrahentiū. Wo heist du? Et dicto noie vtriusq; post ea copulet manus ꝓtrahentiū/ et dicat pri/ mo ad spōsum q̄ ita loquat ad sponsā: vel saltē repetat verba sacerdotis predicētis: vel si ꝑpter verecundiā fieret difficultas: dicat sacerdos/ et respōdeát per verbū ita Ick neme dy. N. tho myner echtē vñ rechten vrowen. nūmer to schedēde/ sūder de doeth schede vns Quo dicto dicat ad sponsā/ vt ita loquatur ad sponsū vel saltem repetat post sacerdotem. Vnde ick neme dy. N. tho myneme echten vnde rechtē māne. nūmer to

schedēde sunder de doth schede vns·
Et fiat tūc subarratō annuli Deinde dicat
sacerdos· Matrimoniū per vos ꝯtra-
ctum/ego ꝯfirmo· In noīe patris ✠
et filij·et spūssancti· Amen· Vel sic·
Dorch vñ na iuwer beyder vulbort
bostedeghe ick iuw in deme hilghen
echte· In deme namē des vaders ✠
vñ des sones·vñ des hilgē gestes·Am̄·

Bñdictio spōsi et spōse·ī p̄mis nup·
Finita missa·spōsus ⁊ spōsa se genu flectē-
do ante altare.humiliter suscipiant bñdi-
ctionē nuptialem· Et prime tantū nuptie
ab vtraq; ꝑte/bñdicende sunt·ut in·c.vir
aūt.et ibi in glo.finali·de secun·nup.et do.
abbas·et io·and.ibidem·

Adiutoriū nrm̄ in noīe dñi:Qui fe.ce.⁊c̄
Beati omēs qui timēt do ps̄·Cxxviij·
minū:qui ambulāt in vijs eius· La-
bores manuū tuaꝝ quia manducabis:be-
atus es et bene tibi erit· Vxor tua sicut vi-

tis abundās: in lateribus dom⁹ tue. Filij tui sicut nouelle oliuaꝝ: ī circuitu mēse tue. Ecce sic bñdicetur homo: qui timet dñm. Bñdicat tibi dñs ex sion: et videas bona hierusalē omībz diebz vite tue. Et videas filios filiorꝝ tuorū: pacē sup israel. Gla pr̄i. Ikyrie eleison. Christe el̄. Ikyrie elei. Pater nr̄. Et ne. Saluū fac seruū tuū et ancillā tuā: deus meus sperātes in te. Mitte eis dñe auxiliū de sācto: ⁊ de sion tuere eos. Nihil ꝓficiat inimic⁹ in eis: et filius iniquitatꝫ nō nocebit eos. Esto eis dñe turris fortitudis: a facie īimici. Dñe exau. o. m. Do. vob

Respice dñe de celo/ sup- Dr⁹. hāc conuentionē: vt sicut misisti angelū tuū Raphaelē/ pacificum Tobie et zare filie Raguelis: ita etiā mittere dignare ad istos ītrahentes matrimoniū· vt in tua volūtate ꝑma

neant/et multiplicent̃ in longitudīe dierū Per chr̃m dñm nr̃z. Am̃ Oreꝰ

Benedic dñe hūc ✠ famulū tuū ⁊ hāc ✠ famulā tuā: vt in noīe tuo cōcrescant et pudicitiā cōseruēt: q̃tinꝰ mundi peracto fine/tibi valeāt adherere. Per chr̃z d.n. Am̃. Oremꝰ

Omp̃s sempiterne deus/qui primos parentes nr̃os Adam et Euam tua virtute creasti/tuaqz bñdictione sāctificasti/et in societatem matrimoij copulasti: Tu corda ⁊ corpora hoꝝ sāctifices ⁊ bene ✠ dicas: atqz in societatē et amorem vere dilectionis cōiungas. Per chr̃z d.n. A.

Bene ✠ dicti vos semꝑ sitis a dño celi/qui omīa creauit ex nichilo. Qui in trinitate ꝑfecta viuit et regnat deꝰ: ꝑ oīa secula scl̃oꝝ. Amē

Et bn̄dictio oīpotentis dei pr̄is ✠ et filij ✠ et spūssancti ✠ descendat super vos / et maneat semper · Amē ·

De introductione spōse altera die vel alio die cōpetenti secundū ꝯsuetudinē loci post nuptias · ¶ Sequēti die / post nuptias celebratas · Sacerdos introducat spōsam in ecclesiam / sub his verbis ·

Dn̄s custodiat introitū tuū / et exitū tuū : ex hoc nūc et vsqꝫ in seculum ·

Et aspgat eam aspsorio aque benedicte

¶ Mod⁹ itroducendi mlierē p⁹ ptū ·

Ante fores ecclie in porticu / sacerdos introducendo mulierē post tempus purgationis : dicat psalmum ·

Leuaui oculos meos in mōtes : vnde veniet auxiliū michi : Et dicatur vsqꝫ ad finē · cū · Gloria pr̄i · Sicut e · Deinde Ikyrie eleisō · Christe el' · Ikyrie eleil' · Pater noster · Et ne nos · · Preces Sal

Mod⁹ introducēdi mlierē post partū.

uam fac famulam tuā: Deus meus sperantem in te. Mitte ei auxiliū de sancto: et de syon tuere eam. ℣. Nichil proficiat inimicus in ea: et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. Esto ei dñe turris fortitudinis: a facie inimici. Dñe exaudi oza. me. Et clamad te ve. Dñs vob: et cū s.t. Oremus

Omps sempiterne deus/ maiestatē tuam supplices exorāmus: ut sicut vnigenit⁹ tuus/ cū nostre carnis substancia/ in templo est ꝓsentatus: ita et istam famulā tuā/ facias purificata tibi mēte ꝓsētari. Per eūd

Tūc dicta colla. aspergatur mulier aqua bñdicta per eundem sacerdotem. Et ipsa manu apprehēdat stolā eiusdem sacerdotis. intret ecclesiā post sacerdotē dicentē.

Dominus custodiat introitū tuū et exitū tuū: ex hoc nūc ⁊ vsqz in seculū.

Modus introducēdi defunctā mulierē in puerperio. fo XXV

Modus introducēdi defunctā mulierē in puerperio: cū defertur in feretro per alias mulieres in ecclesiam.

Sacerdos suppelliciatus/et cū aspersorio aque bñdicte/stat ante fores ecclesie/aduenīte funere mulieris sic mortue.

Et facta prius aspersione/ad funus et ad deferētes illud/ cū aqua benedicta. dicit/ ponendo manū super feretrum defūcte.

Dominus mortificat et vivificat: deducit ad inferos et reducit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn840981155/phys_0071

Ordo ad visitandū infirmum.

Ordo ad visitandū infirmū cū sacra
Ad visitandū ⁊ ꝯmuni/ Eucharistia
cādum infirmū. Sacerdos indut⁹
superpellitio et stola: deferat corpus dñi/
cū ex ecclesia reuerēter. p̄cedente eo aliquo
qui portet lumē et tintīnet nolā. Et cū per
uenerit ad locū infirmi/dicat. Pax huic
domui: et omnibus habitātibꝫ in ea.
Deinde hortet infirmū ꝯfiteri. si q̄d in priori
cōfessione oblitus fuerit. Qua facta: vel si
nihil in ꝯsciētia nouerit. faciat eum dicere
presēti ppl'o. Symbolū/et generalē ꝯfessi
onē in lingua materna. Et infirm⁹ signet se
signo crucis. In deme namē des va-
ders. vnde des sones. vñ des hilligen
ghestes. Ik loue in god vader alme
chtich/scepper hēmels vñ erden. vñ in
iesū cristū/synē eynigen sone vnsen
herē. de entfangē is van dem hillighē
gheste: gebaren van marien der iūc-
fruwē. Ghe leden vnder pōtio pyla-

to/ gecruciget/ gestoruẽ vñ begrauẽ.
Nedder gestegen to den hellen/ des
drudden daghes wedder vp gestan
van den dodẽ. vp gesteghẽ in den hẽ-
mel/ sittet to der vorderẽ hant gades
vaders almechtich. vã dar is he wed
derũmekamende/ to richtẽde de leuẽdi
ghẽ vñ de dodẽ. Ick loue in den hilli-
gen gheyst. de hillige cristlike kerke/
ghe meynscop der hillighen. vorgeuĩ
ge der sundẽ. wedderupstãdighe des
fleesches. vñ dat ewyghe leuẽt Amẽ
Confessio. generalis Myt desseme hil-
ligen louẽ kame ik arme sũdige min
sche tho der bicht. Vñ geue my scul-
dich/ gade almechtich/ marien syner
werdygẽ moder/ allen gades hilligẽ/
iuw prester in der stede gades: alle de
sunde/ de my got schuldich weth. vñ

ick begaen hebbe/myt donde edder
laten beth vp desse stūde: yd sy doet
lick/ dachlick/ wetē edder vnwetē· so
ruwet my de/vñ is my leth· vñ bege
re gnade· Amen·

Neghet inwe herte tho gade: byddet
he iuw sunde vorgheue/vñ de ewy·
ghe vroude vorlene na desseme leuen
de/vnde segget dat vader vnse·

Vader vnse de du byst in den hem=
melen· werde gehillighet dyn name·
Thokame din rike· din wille wer=
de/alse in deme hēmele vñ in der er=
den· vnse daghelikes broet ghift vns
huten ꝛc̄· vt ī fine huiꝰ agēdē· Fo xcviij

Misereatur tui omp̄s Sacerdos·
deus: dimittat tibi omnia pccā tua/
custodiat te ab om̄i malo/ꝯseruet te
in om̄i bono/et ꝑducat te in vitā eter

cum sacra eucharistia. XXVII

nam. Amen. Orem⁹. Indulgentiaꝫ ⁊ remissionē pccōꝝ tuoꝝ/grām sācti spūs/cor penitēs/finem bonū/vitam eternam/tribuat tibi omp̄s pater et misericors dn̄s. Amen. Absolutio.

Dn̄s noster iesus christus/ per suā magnā misericordiā dignetur te absoluere/⁊ ego auctoritate ipsius qua fungor/absoluo te a sentētia excōmunicationis si qua ligaris:et a peccatꝫ tuis. In nomine patris /et filij/et spiritussācti. Amē Tandē cū magna reuerentia porrigat ei eucharistiam. dicens

Corpus dn̄i nr̄i iesu christi proficiat tibi in vitā eternā. Pax tibi. Deinde abluat digitos vino/vel aqua/et det infirmo lotionē. Sacerdos recedendo dicat.

Benedictio dei patris omnipotentis/et filij/et spiritussancti: descēdat

cum sacra eucharistia.

super te /et maneat semper. Amen.

¶ Quando infirmus propter vomitum aut aliud infirmitatis rationabile impedimentum non poterit cōmunicari: potest sibi ostendi corpus dominicum ad ipsius infirmi maiorem deuotionem. Et digitorum lotio sibi detur si voluerit. Et recedendo dicat.

Benedictio dei patris omnipotētis/ et filij/et spiritussancti: descendat sup te /et maneat semper. Amen.

Ordo ad visitandū infirmū cū extre
ma vnctione. Aduertāt curati q vnctio
nem extremā ministrent illis qui habeant
etatem: et sincerā discretionem/ad intelli/
gendam virtutem huius sacramēti.
Primo. sacerdos indutus superpellitio et
stola/precedentibus ministris cum parua
cruce pergat ad infirmum. Et in introitu
domus dicat

Pax huic domui: et oīb3 habitāti-
bus in ea. Tūc querat ab infirmo si de-
siderat sacramentū extreme vnctioīs. Re
spondeat. Desidero. Deinde legantur
septem psalmi penitentiales: qui etiam in
via possunt legi dum de ecclesia itur ad
infirmum

Ordo visitandi infirmū

Dómine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me Miserere mei dñe qm̄ infirm⁹ sū: sana me dñe. qm̄ ꝓturbata sūt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: et tu dñe vsq; quo? Cōuertere dñe. eripe animā meam: saluū me fac/ ꝓpter miscōiaz tuā. Quoniā non est in morte/ qui memor sit tui: in īferno aūt q̄s ꝓfitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo/ lauabo per singulas noctes lectū meū: lachrymis meis stratū meū rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: ueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me oīes qui operamini iniquitatē: qm̄ exaudiuit dñs vocem fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationē meam: dñs orōez meā suscepit. Erubescāt et conturbētur vehemēter. oēs īimici mei: conuertātur et erubescāt valde velociter. Beati quoz remisse sunt iniquitates: et quoz tecta sunt peccata. Beatus vir cui nō imputauit dñs peccatū: nec est in spū eius dolus. Qm̄ tacui/ inueterauerūt

ossa mea: dū clamarē tota die. Quōm die ac
nocte grauata est sup me manꝰ tua: ꝓuer-
sus sum in erūna mea/dū configitur spina
Delictū meū cognitū tibi feci: et iniusticiā
meā nō abscōdi. Dixi/ꝓfitebor aduersum
me iniusticiā meā dño: et tu remisisti īpieta-
tē pccī mei. Pro hac orabit ad te oīs sā-
ctus: in tpe opportuno. Veruntamē in dilu
uio aquaꝝ multaꝝ: ad eum nō approximā-
būt. Tu es refugiū meū a tribulatōe que
circūdedit me: exultatio mea. erue me/a cir
cundātibz me. Intellectū tibi dabo. et in-
struam te in via hac qua gradieris: firma
bo super te/oculos meos. Nolite fieri sicut
equus et mulus: quibz nō est intellectꝰ. In
chamo et freno/maxillas eoꝝ ꝓstringe: qui
non approximāt ad te. Multa flagella pec
catoris: sperantē autē in dño. misericōdia cir-
cundabit. Letamini in dño/et exultate
iusti: et gloriamī oīes recti corde. Dña pri
ne/ne in furore tuo arguas me: neqz
in ira tua corripias me. Oīm sagitte
tue īfixe sunt mihi: et ꝓfirmasti sup me ma-

nā tuaz. Nō est sanitas in carne mea/a fa-
cie ire tue: nō est pax ossibus meis. a facie
pctōz meoz. Quōm iniquitates mee/sup-
gresse sunt caput meum: sicut onus graue.
grauate sūt sup me. Putruerūt et corrupte
sunt cicatrices mee: a facie insipiētie mee.
Miser factus sum/et curuatus sum vsqz in
finē: tota die ꝯtristatus ingrediebar. Quōm
lūbi mei īpleti sunt illusionibz: et nō est sa-
nitas in carne mea. Afflictꝰ sum. ⁊ hūiliatꝰ
sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei.
Dñe ante te oēm desyderiū meū: et gemitꝰ
meus a te non est abscōditus. Cor meum
ꝯturbatū est/dereliqt me virtus mea. et lu-
mē oculoz meoz: et ipsū nō est mecū. Ami-
ci mei et proximi mei: aduersum me appro-
pinquauerūt et steterunt. Et qui iuxta me
erāt/de longe steterūt: et vim faciebāt. qui
querebāt animā meam. Et qui inquirebāt
mala mihi/locuti sunt vanitates: et dolos
tota die meditabātur. Ego aūt tanqꝫ sur-
dus non audiebā: et sicut mutus nō aperi-
ens os suū. Et factus sum sicut homo nō

audiēs: et non habens in ore suo redargutiones. Q m̄ in te dñe speraui: tu exaudies dñe deus meus. Q uia dixi/ neq̄ supgaudeāt mihi inimici mei: et dū ꝯmouētur pedes mei/ super me magna locuti sūt. Q m̄ ego in flagella paratꝰ sum: et dolor meus in ꝯspectu meo semp. Q m̄ iniquitatē meā annūciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici aūt mei viuūt. et confirmati sūt super me: et multiplicati sunt/ qui oderunt me inique. Q ui retribuunt mala pro bonis/ detrahebāt mihi: q̄m sequebar bonitatem. Ne derelīquas me dñe deus meus: ne discesseris a me. Intēde in adiutoriū meū: dñe deus salutis mee. Q la prī et fi. Miserere mei deus: secundū magnam misericordiā tuā. Et secundū multitudinē miserationū tuarū: dele īiquitatē meā. Amplius laua me ab iniq̄tate mea: et a peccato meo mūda me. Q m̄ īiquitatē meā ego cognosco: et pccm̄ meū cōtra me est semp. Q tibi soli peccaui/ et malū cora te feci: vt iustificeris in sermonibꝫ tuis/ et vin

cas cum iudicaris. Ecce enī in iniquitatibz ꝓceptus sum: et in pccīs ꝓcepit me mater mea. Ecce enī veritatē dilexisti: incerta. z occulta sapie tue. manifestasti mihi. Aspges me hysopo et mūdabor: lauabis me/ et sup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū et leticiā: et exultabūt ossa humiliata. Auerte faciē tuā a pccīs meis: z oēs iniqtates meas dele. Cor mundū crea in me deus: et spūm rectū innoua in viscerib3 meis. Ne ꝓjcias me a facie tua: et spūm scm̄ tuū. ne auferas a me. Redde mihi leticiā salutaris tui: et spū principali. ꝓfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te cōuertent̄. Libera me de sāguinib3 deus/ deus salutis mee: et exaltabit lingua mea/ iusticiā tuā. Dñe labia mea aperies: et os meū annūciabit laudē tuam. Qm̄ si voluisses sacrificiū/ dedissez: vtiqz holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo spiritus ꝓtribulatus: cor ꝓtritum et humiliatū deus nō despicies. Benigne fac dñe/ in bona volū/tate tua syon: et edificētur muri hierusalē.

Tunc acceptabis sacrificiū iusticie/oblationes et holocausta: tūc imponēt sup altare tuū vitulos. Gla patri et filio. Sicut.

Dñe exaudi oratōez meā: et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciē tuā a me: in quacūq; die tribulor/īclina ad me aurē tuam. In quacūq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerūt. Percussus sum vt fenum/ et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panē meum. A voce gemitus mei: adhesit os meū/carni mee. Similis factꝰ sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui: et factꝰ sum/ sicut passer solitarius/ in tecto. Tota die exprobrabāt mihi inimici mei: et qui laudabāt me/aduersum me iurabāt. Quia cinerem tanq̄ panem manducabā: et poculum meū cum fletu miscebam. A facie ire īdignationis tue: quia eleuās allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenū arui. Tu autē dñe in eternū

permanes: et memoriale tuū in generatio
nē et generationē. Tu exurgēs dnē misere
beris syon: quia tempus miserēdi eius/
quia veīt tempus. Quoniā placuerūt ser/
uis tuis lapides eius: et terre eius misere/
buntur. Et timebunt gentes nomen dñi:
et omnes reges terre gloriam tuā. Quia
edificauit dñs syon: et videbitur in gloria
sua. Respexit in orationē humiliū: et non
spreuit precem eorū. Scribātur hec in ge
neratione altera: et populus qui creabitur
laudabit dñm. Quia prospexit de excelso
sancto suo: dñs de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitum ꝓpeditoꝝ: vt solue/
ret filios interemptoꝝ. Ut annūcient in
syon nomen dñi: et laudem eius in hieruſa
lem. In conueniendo populos in vnū. et
reges: vt seruiant dño. Respōdit ei in via
virtutis sue: paucitatē dierū meorū nūcia
mihi. Ne reuoces me/in dimidio dierum
meorū: in generationē ⁊ generationē an/
ni tui. Initio tu dñe terrā fundasti: et ope
ra manuū tuaꝝ sunt celi. Ipsi peribunt/tu

autē permanes: et omēs sicut vestimentū veterascent· Et sicut opertoriū/mutabis eos et mutabuntur: tu autē idem ipse es/ et anni tui non deficient· Filij seruorū tuorum habitabūt: et semen eorum in seculum dirigetur· Gloria patri· Sicut erat·

De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocē meam: Fiant aures tue intēdentes: in vocē deprecationis mee· Si iniq̄tates obseruaueris domine: domine quis sustinebit? Quia apud te ꝓpiciatio est: et propter legem tuam/ sustinui te dñe· Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit aīa mea in dño· A custodia matutina/ vsq; ad noctē: speret isrl̄ in dño· Quia apud dñm misericordia: et copiosa apud eum redemptio· Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius· Gloria: patri et·

Domine exaudi orationem meam/ auribus percipe obsecrationē meam: in veritate tua exaudi me in tua iusticia· Et non intres in iudicium/ cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo/

omnis viuens. Quia psecutus est inimicus animā meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris/ sicut mortuos seculi. et anxiat⁹ est super me spiritus meus: in me turbatū est cor meū. Memor fui dierū antiquorū/ meditat⁹ sum in oīb⁹ operib⁹ tuis: in factis manuū tuarum meditabar. Expādi manus meas ad te: anima mea sicut terra/ sine aqua tibi. Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacū. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui. Notam fac mihi viam in qua ambulē: quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis dñe/ ad te confugi. doce me facere volūtatem tuam: quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus/ deducet me in terrā rectam: propter nomen tuum dñe. viuificabis me/ in equitate tua. Educes de tribulatione animā meā: et in misericordia tua disperdes īimicos meos: Et perdes om/

nes. qui tribulant animam meam: quoniā ego seruus tuus sum. Gloria patri et filio.

Hic sacerdos hortetur infirmū ad inuocandum sanctos. Et exhortētur etiam circūstantes vt orēt pro eo deū. Et notet respōdens an sit vir vel femina.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Saluator mūdi.
Adiuua nos.
Sancta maria.
Ora pro eo vel ea.
Sācte Michael.
Sācte Gabriel.
Sācte Raphael.
Omēs sci āgeli et archāgeli. Orate pro eo. vel ea.
Sancte petre.
Sancte paule.
Sancte andrea.
Sancte iacobe.
Sancte bartholomee.
Omēs sci apli et euāgeliste. Orate pro eo: vel ea.
Sācte stephane.
Sancte line.
Sancte clete.
Sācte clemens.
Sancte sixte.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn840981155/phys_0087

Ordo visitandi infirmum:

Sancte cornēli. Scē augustine.
Sācte laurenti. Oēs sci confessores.
Sācte vincenti. Orate pro eo. vel ea.
Omēs sācti mar tyres. Orate pro eo vel ea. Sancta maria magdalena.
Sācta felicitas.
Sācte martine. Sācta perpetua.
Sancte nicolae. Sācta agatha.
Sancte ambrosi. Scā petronilla.
Sancte gregori. Sancta lucia.
Scē hieronyme. Omēs sācte virgines et vidue. Orate pro eo. vel ea.
Omnes sancti. Orate pro eo. vel ea.
Propicius esto. Libera eū vel eā dñe.
Ab omni malo:
Ab hoste malo.
Ab ira tua.
Ab omni langore corporis.
A cruciatu et morte perpetua.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn840981155/phys_0088

cū extrema vnctiōe. XXXIIII

Ab omni cogitatione immunda.
A cunctis erroribus diaboli.
A vinculis diaboli.
A potestate tenebrarum.
Per crucem tuam.
Per aduentū spūs sācti paracleti.
In die exitus sui et magni iudicij.
Peccatores. Te rogam⁹ audi nos.
Ut compunctionē cordis ei dones. Te.
Ut fontē lachrymarū ei dones. Te.
Ut cogitationes prauas et pernitiosas ab eo vel ea expellere digneris.
Ut illicitas voluptates ab eo vel ea auferre digneris.
Ut spacium penitentie pro tua voluntate ei dones.
Ut graciā sancti spiritus cordi eius infundere digneris.
Ut i pūti piculo ei succurrē digner⁊

Ordo visitandi infirmum.

Ut repellas ab eo vel ea omēs prīncipes tenebrarum.

Ut ab eo (vel ea) omnes fantasias repellere digneris.

Ut presentiam et solatiū angelorū sanctorum ei adesse iubeas.

Ut ad gaudia eterna eum vel eam perduci facias.

Ut ecclesiam tuam in eo vel ea exaltare digneris.

Fili dei. Te rogamus audi nos.

Agne dei qui tollis peccata mundi Parce ei domine.

Agne dei qui tollis peccata mundi Miserere ei.

Agne dei qui tollis peccata mūdi. Dona ei pacem.

Christe audi nos. ℭ Kyrie eleison. Christe eleisō. Kyrie eleisō. Pater nr̄

Et ne nos. Salvū fac seruū tuū: famulam tuam: deus meus sperantē in te. Mitte ei auxilium de sācto: et de syō tuere eum. eam. Nihil pficiat inimic⁹ in eo. ea. Et filius iniq̄tatis non appo nat nocere ei. Esto ei dñe turris fortitudīs: a facie inimici. Auerte faciē tuā a peccatis eius: et omēs iniquitates eius dele. Dñe exau. o. me. Dñs vob

Omps et mitissime Orem⁹. deus/respice pitius ad preces nostras: et libera corfamuli le tui e de malarū tentatōe cogitationū: vt sācti spiritus fieri habitaculū mereatur. Per chm dñm nm. Oremus

Deus qui illuminas oēm hominem venientē in hunc mundū: illumina qūs corfamuli le tui e gracie tue splendore: vt digna maiestate

tua cogitare/ et te diligere valeat. Per christum dñm nostrū. Orem.

Deus qui famulo tuo ezechie ter quinos annos ad vitā donasti: ita et hunc hāc famulum tuū hanc/ a lecto egritudinis sue/ tua potentia erigat ad salutē. Per christū. Orem.

Deus qui per aplm tuū locutus es/ dicens. Infirmatur quis in vobis/ inducat presbiteros ecclesie/ et orent super eum/ vngentes eum oleo in noīe dñi/ et oratio fidei saluabit infirmū/ et alleuiabit eum dñs/ et si in peccatis sit/ dimittētur ei. Cura qūs redemptor noster/ grā spūs sācti languores istius infirmi: ei eius quoqz sana vlcera/ ac dimitte peccata: atqz dolores cūctos cordis ac corpis ab eo ea misericorditer expelle: et plenā ei

interius exteriusqz sanitatē miscditer
redde: vt ope miscdie tue restitut⁹ ta
⁊ sanat⁹. ta ad pristina pietatis tue re
paretur officia. Per chr̄z do. n. Ore⁹

Deus qui beatū petrū apl'm mi-
sisti ad Thabitā famulā tuam/
vt eius p̄cibus suscitaretur ad vitā: ex
audi nos qūs: vt faūlo le tuo e quē ā
in nomine tuo nostra visitat fragili-
tas/ exorata medicine tue medela sub
ueniat. Per christū do. no. Oremus.

Oremus dn̄m nostrū iesū christū
et cū omni supplicatione roge-
mus: vt hunc anc famulū am suū am
per sanctū angelum suū visitare/ leti-
ficare/ ⁊ ꝯfortare dignet. Per chr̄z d.

Adesto qūs dn̄e humi- Orem⁹.
litatis nostre obsequijs/ eisqz
benignus cooperator assiste: vt qui

executiõez mãdatoꝝ tuoꝝ huic egro-
to te manus imponentes olei sacri
vnctiõe exhibemus: huiusmodi serui-
tuti nostre te inesse sentiamus: qua-
tinus spũssancti gracia nostre actio-
nis officio cooperante/ab hoc ac fa-
mulo la tuo a om̃is lãguor abscedat:
totius vigoris ⁊ sospitatis plenitudo
succedat: relictoqꝫ imbecillitatis gra
bato/ad te medicum supernũ/vultũ
et mentẽ erigat: ⁊ pro sanitatis resti-
tutione/laudes nomini tuo cõpeten-
tes in eternũ ꝑsoluat Per dñm nr̃m

Tũc sacerdos lauabit manus/circũdando
duos digitos stuppa/videlicet indicem et
mediũ man⁹ dextre: vt tergat loca inũcta.
Et p̃parans se ad inungendũ/illiniat pol
lice eiusdẽ dextre de oleo infirmorũ/ siue
vnctionis extreme. ¶ Et aduertat/ne in
oleo erret. Et dicat.

In ñoie patris/et filij/et spiritus
sācti. Accipe sanitatē. Amen.
Pax tecū. Et cū spū tuo. Sic premittitur ad quálibet vnctionē. Statimq; cum pollice intincto de oleo faciat signū crucis super vtrumq; oculum infirmi. Prius sup dextrum/deinde super sinistrū/ita dicēdo.
Per istam sanctā vñctionē/et suam pissimaz misericordiā: indulgeat tibi dñs quicqd deliquisti. per visum. Amen. Et statim post quálibet vnctionem/loca vnctionis tergantur dicta stupa: que reponatur in vase mūdo/et statim post vnctionē cōburatur. Ad aures.
In ñoie patris et filij. ꝛc vt supra.
Itē faciat signū crucis cum oleo ad aures/ primo ad dexterā/ deīde ad sinistrā/dicēdo.
Per istā sanctā vnctionē/et suā pissimā misericordiaz/ indulgeat tibi dñs/quicqd deliqsti. per auditū. Amē. Ad nares.

Ordo visitandi infirmum.

In noīe patris. ⁊c̄. Faciendo crucem.

Per istam sanctam vnctionē/et suā pijssimaꝫ misericordiam/ indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti. per olfactum. Amen. Super os.

In noīe patris. ⁊c̄ Faciendo crucem.

Per istam sanctā vnctionē/et suam pijssimā misericordiā indulgeat tibi dn̄s/quicq̄d deliquisti. per gustū ⁊ illicitū sermonē. Am̄. Sup vtrāqꝫ manū.

Super vtrāqꝫ manū Sacerdoti/ extrīsecus (quia per Ep̄m intrīsec⁹ ꝯsecrat⁹ est) Laico autem intrinsecus/ dicendo.

In noīe patris. ⁊c̄. Facta cruce vt s̄.

Per istam sanctā vnctionē/et suam pijssimā misericordiā/indulgeat tibi dn̄s/quicq̄d deliquisti. per tactum. Amen. Super pedes

In noīe patris ⁊c̄ Facta ✠ vt s̄

Per istā sanctā vnctionēz/et suā pissimā misericordiā/indulgeat tibi dominus/quicqd deliquisti· per incessū pedū et inordinatā affectionē·Amē·

Sit tibi hec vnctio olei sāctificati ad purificationē mētis ⁊ corporis: et ad munimē et defensionē cōtra seua iacula immundorū spirituū·Per christum dñm nrm̄·Amen·

¶ Et si quis careat vel mutilatus sit mēbris predictis: suppleatur in locis magis ꝓpinquis·

Postea·sacerdos lauet manꝰ suas aqua et sale:que ablutio cū ꝓdicta stuppa ꝑburat ibis peractis dicat sacerdos·Oremus

Cūne sācte/pater omps/eterne deus: qui fragilitatē conditionis nostre/infusa bñdictionis tue virtute cōfirmas:vt salutaribz remediis pietatis tue/corpora nostra ⁊ mēbra ve

getentur: super hunc hāc famulū lam tuū (am) ꝓpitius intēde: vt om̄i necessitate corporisq; infirmitate seclusa: grā in eo ea pristine sanitatis ꝑfecte reparetur. Per chr̄z do. no. Oremus.

Propitietur dn̄s cunctis iniquitatibus huius infirmi (me) ⁊ sanet omēs lāguores illius: redimatq; de interitu ꝑpetue mortis vitā eius: ⁊ corroboret/ ac saciet ī bonis om̄ibz desyderiū eius. Per chr̄z d. n. Orem⁹.

Omp̄s sempiterne deus/ qui subuenis in periculis et in necessitatibus laborantibz: maiestatē tuam supplices exoram⁹: vt mittere digneris sanctū angelum tuum/ qui in hac domo cōsistentem et in necessitatibz laborantem/ consolationibz suis attollat: quibus et de presenti ꝯsequat

auxilium/ꝛ eterna remedia compre-
hendat. Per christum dn̄m nr̄m.

Sanet te deus pater ✠ omp̄s: sa-
net te christus ✠ filius dei al-
tissimi: sanet te spūs ✠ sāctus: sanēt
te angeli: sanēt te patriarche et pro-
phete: sanent te apl̄i et martyres: sa-
nent te omēs sancti dei/ab omni do-
lore/ab om̄i tribulatione/ab om̄i lan
guore/ab omni offensione/ab omni
plaga/ab om̄i malo. Amē. Oremus.

Bene ✠ dicat te deus pater: qui
in principio/verbo cuncta crea
uit. Bene ✠ dicat te dei filius: qui de
sede paterna/pro nob̄ saluādis descē-
dit. Bene ✠ dicat te spūssāctus: qui
in specie colūbe sup̄ iordane fluuio/
in christo requieuit. Ipse te in trinita
te et vnitate sāctificet: quē omēs gen-

tes venturū expectāt iudicem/viuentē et regnantē in scla scloꝝ. Amen.

Benedicat te deus celi: adiuuet te christus filius dei: corp⁹ tuū in suo seruitio custodiri et conseruari faciat: mētem tuam illuminet: sensū tuum custodiat: grām suā ad ꝓfectum anime tue in te augeat: ab oīi malo te liberet: dextera sua te defendat ✠/ qui scōs suos semp adiuuat. Ipse te adiuuare dignet/in scla sclox. Amē.

Benedicat te deus pater/qui te creauit: sanet te ihesus christus filius dei/qui pro te passus est: illuminet te spūs sanct⁹/qui in te infus⁹ est. ✠ Crux christi cōseruet te: vt habeas vitam eternā. Amen.

Sequēs benedictio est pōtificalis. Si quē episcopus inunxerit/cum illa concludat.

Benedicat te deus/ et custodiat te/ ostendatq; vultū suū super te/ et misereatur tui: cōuertat dñs faciē suā ad te/et det tibi pacē: et impleat te spū sancto. Amen. Ipse te sācti✠fi cet per omia: vt pfect⁹ et integer spūs tuus sit: et anima et corpus sine que- rela/in aduētu dñi nri iesu christi ser- uetur. Qui viuit et regnat cū deo pr̄ē in vnitate eiusdē ℟. deus Per omnia.

Tunc sacerdos porrigat infirmo crucem/ dando illi psuasiones: vt cōfidat in amaris- simā passionem dñi nostri iesu christi. Et patientiā habeat in infirmitate sua: exēplo saluatoris christi/qui p̄i fact⁹ obediēs vsq; ad mortē crucis/summā habuit patientiā.

Recedendo vero dicat sacerdos.

Benedictio dei p̄is✠omnipotētis/ et fi✠lij/et spūs✠sancti/descēdat super te: et maneat semper. Amen.

Cōmendatio epōz/ducū/comitū/



Subuenite sācti dei occurri

te angeli domini suscipiētes aīmas

eo rum. Offerētes eas in cōspectu al-



tissi mi. ℣ Suscipiat eas christus

qui vocauit e as et in sinum abrahe

angeli de ducant e as. Offerentes

eas in conspectu al tis simi.

Tibi dñe cõmendamus Orem⁹. animas fideliũ tuorũ/vt defũcte seculo tibi viuãt: et que per fragilitatem mũdane cõuersationis peccata admiserũt/tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dñm nostrum. Amen. Oremus.

Misericordiã tuam dñe sancte/pater omps/eterne deus: pietatis affectu/rogare pro alijs cogimur: qui pro nostris supplicare pccis nequaq̃ sufficimus: tamẽ de tua nisi pietate et inolita benignitate/clementiã tuã deposcimus: vt animas fideliũ tuoꝝ ad te revertẽtes/cũ pietate suscipias: assit eis ãgelus testamẽti tui Michael/et per manus sãctoꝝ ãgeloꝝ tuoꝝ/inter sãctos ⁊ electos tuos in sinus a-brahe/isaac/et Jacob/patriarcharũ

tuoꝝ/eas collocare digneris: quatinꝰ liberate de principibꝫ tenebraꝝ/et de locis penaꝝ: nullis iam primeue natiuitatis/vel ignorātie/aut proprie iniquitatis seu fragilitatis cōfundātur erroribꝫ: sed potius agnoscātur a tuis fidelibꝫ: et sācte beatitudīs requie perfruātur: vt cū magni iudicij dies aduenerit/inter sctōs et electos tuos suscitati/ gloria manifeste contēplationis tue/ ꝑpetuo satiētur. Per c. d.

In exitu israel de egypto: domꝰ ps. iacob de populo barbaro. Facta est iudea sāctificatio eius: israel potestas eius. Mare vidit et fugit: iordanis cōuersus est retrorsum. Mōtes exultauerūt vt arietes: et colles sicut agni ouiū. Quid est tibi mare ꝙ fugisti: et tu iordanis. quia cōuersus es retrorsum. Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouiū. A facie dñi

mota est terra: a facie dei iacob. Qui ꝯuer-
tit petram in stagna aquarũ: et rupem in
fontes aquarũ. Non nobis dñe nõ nobis:
sed nomini tuo da gloriã. Super miscdia
tua. ⁊ veritate tua: nequãdo dicant gẽtes.
vbi est deus eorũ. Deus autẽ noster in ce-
lo: om̃ia quecũq; voluit fecit. Simulacra
gentiũ argentũ et aurũ: opera manuũ ho-
minũ. Os habẽt et nõ loquent̃: oculos ha-
bent et non videbunt. Aures habẽt et nõ
audient: nares habent et non odorabunt:
Manus habent et nõ palpabũt/ pedes ha-
bent ⁊ non ambulabũt: non clamabunt in
gutture suo. Similes illis fiant qui faciũt
ea: et omẽs qui cõfidũt in eis. Domus isra
el sperauit in dño: adiutor eorũ et ꝓtector
eoꝝ est. Domus aaron sperauit in dño: ad
iutor eorũ et protector eorũ est. Qui timẽt
dñm sperauerũt in dño: adiutor eoꝝ et ꝓ-
tector eoꝝ est. Dñs memor fuit nostri: et
bñdixit nobis. Benedixit domui israel: bñ-
dixit domui aaron. Bñdixit omnibꝫ qui ti
mẽt dñm: pusillis cum maioribꝫ. Adijciat

dñs super vos: super vos et super filios ve
stros. Benedicti vos a dño: qui fecit celū
et terrā. Celum celi dño: terram aūt dedit
filijs hoīm. Non mortui laudabūt te dñe:
neqz omēs qui descendūt in infernū. Sed
nos qui viuimus benedicimus dño: ex hoc
nunc et vsqz in seculum. Requiem eternā.

Omps sempiterne deus: Orem⁹
qui humano corpi/aiam ad si
militudinē tui inspirare dignat⁹ es/
dum te iubente/puluis in pulueē re-
uertitur: tu imaginē tuam cum san-
ctis et electis tuis/eternis sedibz pre-
cipias sociari: eāqz reuertentē de egy
pti partibz/blāde leniterqz suscipias:
et angelos tuos sāctos ei obuiā mit-
tas/viamqz iusticie demōstra/et por
tas glorie tue ei aperi. Repelle qūs
ab ea omēs principes tenebrarū: et
agnosce depositū fidele quod tuū est:

Suscipe dñe creaturā tuā/nō a dijs alienis creatā: sed a te solo viuo ⁊ vero deo. quia nō est alius deus preter te dñe: et non est secundū opera tua.

Letifica clemētissime deus animas fideliū tuorū: et clarifica eas in multitudine miscdie tue. Ne memineris iniquitatū antiquarū et ebrietatū/ quas suscitauit furor mali desyderij Licet em̄ peccauerūt: tamē te nō negauerūt: sed signo fidei insignite: te (qui omnia et eas inter omia fecisti) fideliter adorauerūt. Per chr̄z do. n.

Dilexi/qm̄ exaudiet dñs: vocē orationis mee. Quia inclinauit aurē suam mihi: et in diebus meis īuocabo. Circundederūt me dolores mortis: ⁊ pericula inferni inuenerūt me. Tribulationē et dolorē inueni: et nomē dñi īuocaui. O dñe libera animā meā/ misericors dñs ⁊ iustus: ps.

Cōmendatio epōꝝ/ducū/comitū/
et deus noster miseretur. Custodiēs par-
uulos dñs: humiliat⁹ sum et liberauit me.
Conuertere anima mea in requiē tuā: q̄a
dñs bene fecit tibi. Quia eripuit animam
meā de morte/oculos meos a lachrymis:
pedes meos a lapsu. Placebo dño: in regi
one viuoꝝ. Requiem eternam. Orem⁹.

Diri vulneris nouitate perculsi/
et quodāmodo cordibꝫ saucia-
ti/miscdiaꝫ tuā mūdi redēptor flebili
bus vocibus imploram⁹: vt aīas fide
liū tuoꝝ/ad tuā clementiā/qui fons
pietatis es/reuertētes: blāde leniterqꝫ
suscipias: et si quas ille ex carnali cō
mercio cōtraxerūt maculas/tu deus
solita bonitate clementer deleas/pie
indulgeas/obliuioni in perpetuū tra
das: atqꝫ has laudes tibi cum cete-
ris reddituras/sanctoꝝ tuoꝝ cetibꝫ
aggregari precipias. Qui viuis et re-

et ꝓ̄ptoꝝ mortuoꝝ· Fo·XLIIII
gnas deꝰ: per omīa scl'a scl'oꝝ· Amē·
De post legatur·p̄s· Miserere mei deus·
quē require supra/ ī psalmis peītētialibꝫ
Fo·xxx· et cōcluditur per Requiē eter·
Kyrie eleisō· Christe eleisō· Kyrie el'·
Pater noster· Aue maria Et ne nos·
A porta inferi· Credo videre· Re-
quiē eter· Dn̄e exau· Dn̄s vo· Oreꝰ·
Partē beate resurrectiōis/ anime
oīm fideliū defūctoꝝ obtineāt:
vitāqꝫ eternā habere mereant' in ce-
lis· Per te iesu christe· Qui viuis·
Deus cui soli competit Oremus·
medicinā prestare post mortē:
presta qn̄s: vt anime fideliū tuorum
terrenis exute ꝯtagijs: in tue redem-
ptionis parte numerentur· Per chri
stū dn̄m nostrū· Amen· Dn̄s vobis·
¶ Requiescant in pace· Amen·

Kyrie eleisō. Christe eleisō: Kyrie el.

Non intres in iudici- Oremꝰ.
um cū seruo faūla tuo a dñe:
qm̄ nullus apud te iustifica-
bitur homo: nisi per te oīm pccōꝝ tri-
buatur remissio: nō eum amqūs tua
iudicialis sentētia premat/ quē am ti-
bi vera supplicatio fidei christiane cō-
mēdat: sed grā tua illi succurrēte/ me
reatur euadere iudiciū vltionis: qui
que dū viueret/ insignitꝰ ta est signa-
culo sācte crucis. Per chr̄z do. n. Am̄

Hic fiat thurificatio circa tumbam. Am

Absolue dñe animas eoꝝ ab omni vīculo
delictorū/ non eas tormentū mortis attin
gat. Non reoꝝ cathena cōstringat/ sed mi
seratio tua in pacis eas ac lucis regiōe ꝯsti
tuat. ℣. Si que illis sint dñe digne crucia
tibus culpe: tu eas grā lenitatꝭ īdulge. Nō.
Kyrie eleisō. Christe eleisō. Kyrie el.

Deus cui omnia viuunt/Deus et cui corpora nostra mortē do non pereūt sed mutantur in melius: te supplices deprecamur: vt quicquid anima famuli le tui e voluntati tue contrariū/fallente diabolo/in pua iniquitate atqz fragilitate cōtraxit/ tu pius et misericors ablue indulgē- do: eamqz suscapi iubeas/per manus sanctorū angelorū tuorum deducen dam in sinum patriarcharū Abrahe amici tui/ ysaac electi tui/ atqz iacob dilecti tui: quo aufugit dolor et tristi- cia atqz suspirium: fidelium quoqz a- nime felici iocūditate letātur. Vt in nouissimo magni iudicij die/inter sā- ctos et electos tuos eam facias per- petue glorie percipere portionē: quā oculus non vidit/nec auris audiuit/

nec in cor hominis ascendit: quā ppara
sti diligentibus te. Per christū dñm
nostrū. Amē. Hic fiat thurificatio vtš.
Deus eterne in cuius humana cōditio po-
testate consistit animas oīm fideliū defū-
ctorum/quesum9/ ab omnibz absolue pec-
catis. Ut penitētie fructū/quem volūtas
eorum optauit/preuenti mortalitate non
perdāt. Qui in cruce positus latronem
sero penitentē suscepisti: eorum precamur
pie peccata dilue. Ut penitentie.
Ikyrie el'. Christe el'. Ikyrie el'. Orem9.
Ac qūs dñe hāc cum famulo tuo a misericordiā: vt factorū
suorum in penis non recipiat vicem:
qui e tuam in votis tenuit volūtatē:
Et quia hic illum lam vera fides iūxit
fidelium turmis: illic eum am tua mi-
seratio societ angelicis chorīs. Per
christum dominū nostrum. Amen.
Hic iterū fiet thurificatio circa tumbā. R.

Libera me dñe de morte eterna in die illa tremenda· Quãdo celi mouẽdi sunt et terra· ℣. Dies illa dies ire dies calamitatis et miserie/dies magna et amara valde· Cñ· Kyrie eleisõ· Christe el· Kyrie eleisõ· Pater noster· Aue maria· Et ne nos A porta inferi· Credo videre bona domini· Requiem eternã· Dñe exaudi orationẽ meã· Dñs vobis· Oremus·

Inclina domine aurem tuã/ad preces nostras/ quibus misericordiam tuam supplices depcamur: vt animã famuli le tui e quã de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas: et sãctorum tuorum iubeas esse consortem· Per christum dñm nostrum· Amen· Dominus vobiscum· Requiescant in pace· A M E N ⁘

¶ Benedictiones in die purificationis Marie super Cereos.

Candele accēdantur vbi non fit solennis distributio. ante benedictionē; quia oratio infra dicit. luce accēsos. z propter mysteriū

Adiutoriū nostrū in nōie dñi. Qui fecit celum et terram. Oremus.

Exaudi qūs domine plebem tuā: et que extrinsecus tribuis annua deuotione venerari: interius assequi gratie tue luce cōcede. Per chr̄m dñm nostrū. Oremus.

Omne deus ops/ creator celi et terre/ rex regum et dñs dominantiū: exaudi nos famulos tuos clamātes et orātes ad te. Precamur te domine sācte/ pater oipotens/ eterne deus: qui omia ex nihilo creasti: et iussu tuo per opa apum/ hūc liquorē ad p-

fectionem cerei puenire fecisti: et qui hodierna die petitionē iusti Symeonis implesti: te humiliter deprecamur: vt has candelas ad vsus hominū/et ad sanitatē corporū et animarū/ siue in terra/siue in aq̄s: per inuocationē sancti tui nominis: et per intercessionem sācte marie semp virginis genitricis filij tui/cuius hodie festa deuote colim⁹: et per preces oīm sanctorū tuorū bene ✠ dicere/ ⁊ sancti ✠ ficare digneris: et hui⁹ plebis tue/que illas honorifice in manibz portat/teqz cantando laudat/exaudias voces de celo sāncto tuo/et de sede maiestatis tue: ꝓpitiusqz sis om̄ibus clamātibz ad te/quos redemisti precioso sanguine eiusdē vnigeniti filij tui. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spūssācti d̄s

Bñdictiones in die purificatiois

Per om̄ia scl'a scl'oꝝ. Amē. Oremus.

Omipotens sēpiterne deus: qui hodierna die/ vnigenitū tuum/ vlnis sancti symeonis in tēplo sancto tuo suscipiendū presentasti: te supplices deprecamur: vt hos cereos (quos nos famuli tui in tui noīs magnificētia suscipiētes gestare cupimus) luce accensos. bene✠dicere/ ⁊ sancti✠ficare/ atqꝫ superne benedictionis✠lumīe accendere digneris: quatinus eos tibi dño deo nr̄o offerēdo: digni et sancti/ igneqꝫ tue dulcissime charitatis succensi/ in templo sācto glorie tue/ representari mereamꝰ. Per eūdē christum dñm nr̄m. Amē. Oremus.

Benedic dñe iesu christe hanc creaturā cerei supplicantibꝫ nob̄: et infūde ei per virtutē sācte✠crucis

tue/ & per intercessionē scē dei genitricis marie(cuius hodie festa colimus) bñdictionez celestē/ vt qui eam ad repellēdas tenebras hūano generi tribuisti/ taliter signaculo sancte crucis tue fortitudinē/ et bene✠dictionē accipiat: vt in quibuscūqz locis accēsa/ siue posita fuerit: discedat et cōtremiscat dyabolus/ et fugiat pauidus/ cū oñibus ministris suis/ de habitationibus illis: nec presumat amplius inquietare seruiētes deo. Proīde supplices te dñe depcamur: vt mittas sanctū angelum tuū Raphaelem/ qui eunlsit & repulit a Thobia et Zara/ demonem mortiferū et infestantem/ cōterat illum et perdat/ de cūctis habitationibus colentiū deum: de basilicis/ de domibz/ de angulis/ de lectu

lis/de vniuersis locis/in quibuscũqꝫ deo faũlantes habitãt/ambulãt ⁊ requiescũt/dormiũt/vigilãt/⁊ ꝯsistunt: ne valeat ãplius inquietare/vel aliq̃d pauoris immittere super illos/quos sancti chrismatis tui vnctione fecisti esse munitos. Bene✠dico te creatura cerei/in nomine sancte trinitatis: vt sis exterminatio diaboli/et omnium cõtubernalium eius. Oremus.

Dñe iesu chr̃e lux vera/qui illũinas omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mundũ: effũde bñ✠dictionẽ tuam super hos cereos/et sãctifica eos lumine gracie tue: et cõcede propici⁹: vt sicut hec luĩnaria igne visibili accẽsa nocturnas depellũt tenebras: ita corda nostra ĩuisibili igne/id est spiritus sãcti illustrata splendore/oĩm vi-

tiorū cecitate careāt: vt purgate mē-
tis oculo ea cernere possimus que ti-
bi sunt placita/et nostre saluti vtilia:
quatinus post huiꝰ seculi caliginosa
discrimīa/ad te lucē indeficientē ꝑue-
nire mereamꝰ. Qui viuis ⁊ regnas/cū
deo prē in vitate eiusd̄ s.s.d̄s. Per o.
Omp̄s sempiterne deus. Oremꝰ
qui per moysen famulū tuū pu
rissimū olei liquorē ad luīnaria ante
ꝯspectū tuū iugiter ꝯcremāda p̄para
ri iussisti: bene ✠ dictiōis tue grām
sup cereos istos infūde: quatinus sic
administrent lumē exterius: vt te do-
nante/lumē spūs tui in nr̄is non desit
mentibus interius. Per dominum
nostrū iesum christū filiū tuū. Qui te-
cū viuit et regnat
in vnitate eiusdez spiritussācti deus.

Bñdictiones in die purificatiois.

De r omīa secula seculoꝝ. Domin⁹
vobiscum. Sursum corda. Gracias
agamus domino deo nostro.

Vere dignū et iustū est/equū et salu
tare. Nos tibi deo omīpotenti. rerūq; om
niū creatori laudes assiduas personare:
et munificētie tue īdefessas semp grates
psoluere. Qui inter ceteras mūdane ꝯdi
tionis creaturas/de liquore aereo/ per
apum efficatiā cere p̄ciosaꝫ fieri voluisti

substantiã: vt inde tibi debiti honoris
famulatus existeret: et nobis vsus neces
sarius pueniret. Proinde immẽsaz clemẽ
tiaz tuã dñe suppliciter dep̃camur: vt sup
has cãdelas bene ✠ dictioĩs tue mun⁹
infundas: vt omnes/eas in christi vicem
maĩbus portãtes: eiusdez sacri tui spira/
minis gracia/ quo beatus symeon reple=
tus fuerat/imbui mereamur. Qui hodier
na die vnigenitũ tuũ dñm nostrũ iesum

Bñdictiones in die purificatōis.



christū/ lumē eternū/ a parētibꝫ in tēplo

presentatū/in vlnas suas accepit/ac reue

lāte spū sācto ita ꝓphetādo bñdixit. Nūc

dimittis seruū tuū dñe: scd̄m verbū tuū

in pace. Quia viderūt oculi mei/salutare

tuū. Qd̄ tibi eterno patri/ sctōqꝫ spiritui

coeternū ⁊ coeq̄le viuit ⁊ regnat in secu-

la seculorū. Amen. Et bñ✠dictio dei prīs oīpotentis/ et filij/ ⁊ spūssctī: descēdat sup̄ hos cereos/et maneat semper. De hinc aspergantur et thurificentur candele sub Nunc dimittis. Cetera vt in ordinario.

Feria Quarta in capite ieiunij Benedictio sup cineres. Et si fieri potest/ fiant cineres de ramis palmaꝝ anni preteriti bñdictis/more romano. Oremus.

Omps sempiterne deus parce metuentibꝫ: propitiare supplicantibus: et mittere digneris sanctū angelū tuum de celis: qui bene ✠ dicat / et sancti ✠ ficet hos cineres/ vt sint remediū salubre/ omibus nomē tuum humiliter invocātibus/ ac semetipsos pro conscientia delictoꝝ suoꝝ accusantibꝫ: atqꝫ ante conspectū diuine clementie tue facinora sua deplorantibꝫ: vel serenissimā tuā pietatem/ supplici ter obnixeqꝫ flagitātibꝫ. Et presta per invocationē sāctissimi nois tui/ vt quicunqꝫ eos super se asperserint pro redēptio

ne et remissione pccōꝝ suorū/et corpo
ris sanitatem/ ⁊ aīe ꝑcipiant medelā.
Per christū dñm nr̄m. Amē. Oremꝰ

Deus qui non mortē/sed penitē-
tiam desyderas peccatorū:fra
gilitatē ꝯditionis humane benignis-
sime respice:et hos cineres/quos cau
sa promouēde humilitatis/atqꝫ pro-
merende venie/capitibꝫ nr̄is imponi
decreuimꝰ:bene ✠ dicere/et sācti ✠
ficare pro tua pietate dignare:vt qui
nos cinerē esse/⁊ ob prauitatꝭ nostre
meritū/in puluerē reuersuros cogno-
scimus:peccatoꝝ oīm veniam/et pre
mia penitentibus repromissa/mise-
ricorditer consequi mereamur. Per
chr̄m dñm nostrū. Amen. Oremus.

Deus qui humiliatiōe flecteris/⁊
satisfactione placaris:aurē tue

pietatis precibz nostris inclina: et capitibus seruoꝝ tuoꝝ hoꝝ cinerum aspersione attactis/effũde propitius grãm tue bene✠dictionis: vt eos et spiritu ꝓpunctiõis repleas: et que iuste postulauerint/efficaciter tribuas: et ꝛcessa perpetua stabilitate/intacta manere decernas. Per chr̃z d. n. Am̃.

Omps sempiterne deus: Oremus qui ninuitis in cinere et cilicio penitẽtibus /indulgẽtie tue remedia ꝓstitisti: cõcede propitius: vt sic eos imitemur habitu/quatenus venie cõsequam̃ obtentũ. Per chr̃z d. n. Amẽ

Hic aqua bñdicta aspergãtur cineres. Ant.

Exaudi nos dñe/qm̃ benigna est misericordia tua: secundũ multitudinẽ miserationũ tuarũ respice nos domine. vers.

Saluum me fac deus quoniam intraue-

Bñdictiones in capite Quadragesie
rũt aque: vsque ad animã meam. Sine
Gloria pri. et repetitur. Exaudi nos ꝛc.
¶ Deinde dicat Sacerdos. Oremus.
Flectamus genua. Leuate.
Concede nobis dñe presidia mili
tie christiane/sanctis inchoare
ieiunijs: vt ꝯtra spirituales nequicias
pugnaturi/ꝯtinentie muniamur auxi
lijs. Per christũ dñm nostrũ. Amen.
Deinde Sacerdos imponat cineres capi
tibus singulorum sub Antiphona.
Immutemur habitu in cinere et cili-
cio. Dicens.

Ordo impoñendi cineres.

Memento homo quia cinis es: et in
cinerem reuerteris.
Cetera vt in ordinario.

Benedictio sup ramos palmaꝝ seu aliarū arboꝝ. Cōpletis que in ordinario notata sunt. Sacerdos stabit dicens

Adiutorium nostrū innoie domini: Qui fecit. Oremus · sine salutatione.

Deus quem diligere ⁊ amare/ iusticia est: ineffabilis gracie tue dona in nobis multiplica: et qui fecisti nos in morte filij tui sperare que credimus: fac nos eodē resurgente /peruenire quo tendimus Per eundē dñm nostrū ihesū chrm ⁊c

Sequēs lctō leget per Subdiaconū sine cassula: et sine titulo/per modū pphetie.

In diebus illis. Venerūt filij israel in helym/ubi erant duodecim fontes aquaꝝ: et septuaginta palme: et castrametati sūt iuxta aquas. Profectiq; sunt de helym/et venit omnis Exod. c. 15 et 16.

multitudo filioꝝ israel in desertū syn
qđ est inter helym et synai: quintode
cimo die mensis secundi/postq̄ egres
si sunt de terra egypti. Et murmura
uit oīs cōgregatio filioꝝ israel/ꝑtra
moysen ⁊ aaron in solitudine. Dixe-
runtq; ad eos filij israel. Vtinā mor-
tui essem⁹ per manū dñi/ in terra egy
pti/quādo sedebam⁹ super ollas car-
nium: et comedebamus panem in sa
turitate. Cur induxistis nos in deser-
tū istud: vt occideretis omnē multitu
dinem fame? Dixit aūt dominus ad
moysen. Ecce ego pluā vobis panes
de celo. Egrediatur pplus ⁊ colligat/
que sufficiūt per singulos dies: vt ten-
tem eum/ vtrū in lege mea ambulet/
an non. Die aūt sexto parent/ qđ infe
rant: et sit duplum/ quā colligere sole

